

sedis apostolicae legato ad ecclesiam parrochiam s. Nicolai episcopi in Lipczk — datas et concessas auctoritate nostra ordinaria ratificavimus et confirmavimus —, adiacentes denique de nostris atque concedentes omnibus et singulis vere poenitentibus contritis et confessis, qui devotionem suam atque elemosinas in dicta ecclesia peregerint et fecerint, totiens quotiens modo praemisso itidem domino inspirante fecerint quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis poenitentibus misericorditer in domino relaxamus. In cuius testimonium sigillum nostrum pariter litteris praesentibus duximus coappendendum. Datum sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto die sabbati decima mensis Julii.

Nach dem Orig. im Rathsaarchiv zu Leipzig. Das an erster Stelle befestigt gewesene Siegel des Bartholomäus ist abhanden gekommen, vom Siegel des B. Tilo noch ein Bruchstück vorhanden.

No. 314. 1484. 5. Juli.

Der apostolische Legat Bartholomäus de Maraschis bestätigt den auf dem Convent Kreuzes-Erhöhung versammelten Pröbsten deutscher Augustinerchorherrnstifte (vgl. No. 243 u. 262) auf deren Nachsuchen die von P. Eugen III. ertheilten Privilegien, insbesondere auch die wegen der Kleidung, und ernennt den Abt des Schottenklosters zu Erfurt und die Pröbste zu Halberstadt und vom Georgenkloster zu Altenburg zu Conservatoren dieser Privilegien.

Bartholomaeus de Maraschis episcopus Civitatis castelli etc. (vgl. No. 313) apostolicae sedis — nuntius et orator dilectis nobis in Christo universis praepositis canonicorum regularium Theutunicorum conventum in exaltatione sanctae crucis celebrantibus tam praesentibus quam futuris salutem in domino sempiternam. Cum a nobis petitur etc. Ea propter dilecti nobis in domino vestris iustis supplicationibus grato concurrentes assensu litteras bonae memoriae Eugenii papae III. vobis sub dato septimo Kal. Novembris pontificatus sui anno primo concessas nec non omnia in eisdem litteris contenta ac vestrorum monasteriorum confirmata statuta et ordinationes, illa praesertim quod clerici vestrum ordinem s. Augustini professi pro habitu deferant sarrocium lineum plicatum sine manicis et in utroque latere a parte inferiori clausum et consutum, non professi vero simile sarrocium in utroque latere apertum gestent, prout provide facta sunt et in alterius praeiudicium non redundant rata habentes et grata illasque et illa apostolica qua in hac parte fungimur auctoritate confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Et ut litterae praedictae ac omnia et singula in eis contenta necnon ordinationes et statuta praedicta perpetuo inviolabiliter observentur, ab illis minime discedatur seu declinetur, dilectis nobis in Christo abbati monasterii Scotorum Erfordensis Maguntinensis diocesis et Halberstadensis ac sancti Georgii Aldeburgensis Numburgensis diocesis ecclesiarum praepositis per haec scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios litteras et contenta in eis ac ordinationes et statuta huiusmodi faciant auctoritate praedicta per censuram ecclesiasticam firmiter observari, non permittentes vos vel aliquem ex vobis contra litterarum et statutorum huiusmodi continentiam atque formam per quoscunque impediri aliquatenus vel etiam molestari, molestatores et contradictores